



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XC. Markgraf Woldemar vereignet dem Domstifte Hebungen aus
Dornstädt, mit welchen Gerhard von Kerkow seine Gedächnißfeier
gestiftet hat, am 24. Mai 1318.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

diète Ecclesie canonici, bone memorie, dedimus et presentibus pia donacione donamus diète Ecclesie collegiate proprietatem unius talenti denariorum brandenburgensium in villa Langensoltwedele siti, quod talentum dominus gherardus de kercowe miles, dicti Johannis frater, dedit premisse Ecclesie in remedium anime fratris sui predicti ad perpetuum in dicta Ecclesia luminare, Renunciantes sollempniter dicti talenti proprietati quoad nos et nostros heredes nec non iuri omni, quod nobis aut nostris successoribus ex quacunque licet causa possit competere in futuro. Testes huius sunt nobilis vir dominus guntherus Comes de keuerenberg, Droyseko, conradus de Redere, Redeko de Redere, fritso de Schepelitz advocatus, milites nostri, Heinricus Ecclesie predictae decanus quondam, Euerardus prepositus Stolpensis et hermannus de Luchowe, nostri capellani, cum aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Tangermund, Anno domini M^o CCC^o decimo octavo, die sancti Johannis ante portam latinam.

XC. Markgraf Woldemar verzeihet dem Domstifte Hebrungen aus Dornstädt, mit welchen Gerhard von Kerkow seine Gedächtnißfeier gestiftet hat, am 24. Mai 1318.

— Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Recognoscimus et ad universorum noticiam, Tenore presentium publice volumus pervenire, Quod ad devotam instanciam honesti militis nostri, domini Gherardi de kercowe, dedimus et presentibus litteris donamus donacione sollempni Honorabilibus viris Preposito, Decano et Capitulo Ecclesie sancti Nycolai in Steindal et ipsi Ecclesie proprietatem unius Talentum Brandenburgensis monete in villa Dornstede, Quod quidem talentum dictus miles donavit predictae Ecclesie et personis ejusdem, perpetuis temporibus possidendum in Remedium sue et salutem anime sempiternam, Ita quod ipsi Canonici presentes perpetuo diem sanctorum decem milium Militum martyrum peragent sollempni officio. Fietque distribucio dicti Talentum Brandenburgensium denariorum inter presentes Canonicos, qui dicto interfuerint officio, in hunc modum, Canonicis ipsis dabuntur Octo solidi, vicariis quatuor solidi, Custodi campanarum unus solidus, Cantanti in organis unus solidus et Custodi diète Ecclesie seu distributori solidi tres et choralibus seolaribus Tres solidi annis singulis perpetue tribuentur. Renunciamus itaque renunciacione debita et sollempni, pro salute anime nostre, proprietati predictae, quoad omnem fructum servicii et precarie, neenon quoad omne Jus, quod Nobis aut nostris heredibus vel successoribus ex quacunque causa possit competere in futurum, nichil nobis penitus in premissis aut premissorum aliquo reservantes. Et ne super hoc alicui in posterum dubium valeat generari, presentem litteram super eo dari iussimus, nostri sigilli munimine roboratam, In presentia testium subscriptorum, scilicet nobilis viri Guntheri Comitum de Kevernberg, Conradi de Redere, Droysekonis, Frederici de alvensleve, Borchardi et Gunzelini de Bertensleve, Henrici de Rochowe et Johannis de Crochere, militum, Everardi in stolpp prepositi et Hermanni de Luchowe, Capellanorum, et aliorum plurium nichilominus fide dignorum. Actum et Datum in Tangermünde, Anno domini Milleesimo Trecentesimo Decimo Octavo, Feria secunda proxima ante diem beati Urbani pape et Martyris.